



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 125. Oratores ab Eugenio simul & a Basileensibus Bituricum ablegati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

§. CXXIV.

Sæcul. XV.
A.C. 1440.

Conventus Bituricensis.

Sub idem tempus Delegati ultro citro- *Aëta Patricii*
que ad Bituricensem conventum ad- *tom. 13. conc.*
volabant, in qua Carolus VII. Galliarum *p. 1586.*
Rex super Ecclesiæ schismate unacum
Prælatis, ac Proceribus suis deliberabat.

§. CXXV.

*Oratores ab Eugenio simul & a Ba-
sileensibus Bituricum ab-
legati.*

Ad hunc conventum Basileenses decer-
nebant Joannem de Segovia, qui Sy-
nodi partes tueretur: Eugenius vero
Cardinalem Turrecrematam Oratorem eo
ablegabat. Excipiebantur in variis Ses-
sionibus utriusque partis rationes, ac
præprimis Eugenii Papæ Orator Gallia-
rum Regem rogare jubebatur. I. *Ut re-*
probaret Conventum Basileensem ab eo tem-
pose, quo translatus fuerat Ferrariam, &
approbaret Ferrariense Concilium. II. *Ut*
nullo modo depositioni Papæ Eugenii con-
sentiret, sed electionem Ducis Sabaudiæ
per Basileense Concilium factam rejiceret.
III. *Ne ad Principum Germaniæ comitia*
Moguntiæ celebranda, inconsulto Pontifice,
suos mitteret. Eugenius hæc a Rege

O o 5

Gallo-

Sæcul. XV. Gallorum postulari curavit, probe gnarus
 A. C. 1440 de Papatu suo, præcisa omni ulteriore re-
 gressus spe, penitus actum iri, si Carolus
 VII. Moguntiam suos decerneret Orato-
 res, qui Felicis V. electionem confir-
 rent: huic ergo malo opportune proje-
 cturnus, easdem preces apud ceteros o-
 mnes Principes interponi fecit. IV. De-
 nique Papa per suum Legatum a Re-
 ge postulavit, ut *Pragmaticam Sanctionem*
suspenderet, & quod Eugenius provideret
de beneficiis ad Regis desiderium. Postea
 die admissi sunt Felicis, ac Basileensis
Concilii Oratores, quos Rex magnis be-
 nevolentiae signis excepit: hos inter Thom-
 as de Corcellis prolixo sermone demon-
 strare conabatur, quod sententia con-
 tra Eugenium lata foret æquissima, nec
 non Felicis electio canonica, legunque
 præscripto consona.

§. CXXVI.

*Bituricensium responsio ad postulata
 Oratorum Eugenii.*

Cum Prælati, qui Biturigibus conve-
 nerant, articulos ab Eugenii Lega-
 tis propositos seria, & ad sextum usque
 diem protracta deliberatione perpendi-
 sent, die secunda Septembris Rex ipse
 met præfens per Martinum Gouge Cla-
 ramontensem Episcopum, primarium sta-